

SECRETA

DOMINE Deus noster, qui in his potius creaturis, quas ad fragilitatis nostræ subsidium condidisti, tuo quoque nomini munera jussisti dicanda constitui: tribue, quæsumus, ut et vitæ nobis præsentis auxilium, et æternitatis efficient sacramentum. Per Dominum.

Oh Señor, Dios nuestro, que te dignaste escoger como materia que había de consagrarse a tu nombre los mismos elementos precisamente que destinaste a ser alimento de nuestros débiles cuerpos, te rogamos que nos sirvan de ayuda en la vida presente y de sacramento para la eternidad. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE LA SANTA CRUZ

VERE dignum et justum est, æquum et salutære, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórumque Virtútes ac beáta Sé-raphim, sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti júbeas, deprecámur, súplici confessiõe dicéntes:

Ps. 118:49,50

MEMENTO verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti: hæc me consolata est in humilitate mea.

QUOD ore sumpsimus, Domine, pura mente capiamus: et de munere temporali, fiat nobis remedium sempiternum. Per Dominum.

Oremos. Humillad ante Dios vuestras cabezas.

ESTO, quæsumus, Domine, propitius plebi tuæ: ut, quæ tibi non placent, respuentes; tuorum potius repleantur delectionibus mandatorum. Per Dominum.

En verdad es digno y justo, equitativo y saludable, darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor, santo Padre, omnipotente y eterno Dios, que pusiste la salvación del género humano en el árbol de la cruz, para que de donde salió la muerte, saliese la vida, y el que en un árbol venció, en un árbol fuese vencido por Cristo nuestro Señor; por quien alaban los Ángeles a tu majestad, la adoran las dominaciones, la temen las Potestades y la celebran con igual júbilo los Cielos, las Vírgenes de los cielos y los bienaventurados Serafines. Te rogamos, que, con sus voces admitas también las de los que decimos, con humilde confesión:

COMUNIÓN

Acordaos, Señor, de la promesa hecha a vuestro siervo, que tanta esperanza me ha infundido; y es consuelo en mi dolor.

POSCOMUNIÓN

Haz, Señor, que el pan que ha entrado en nuestra boca le recibamos con alma pura: y que este don temporal sea para nosotros remedio eterno. Por nuestra Señor.

ORACIÓN SOBRE EL PUEBLO

Te rogamos, Señor, seas propicio a tu pueblo; a fin de que, desechando lo que no le agrada, se deleite principalmente en la observancia de tus mandamientos. Por nuestro Señor.

PROPRIO DE LA MISA

JUEVES DE LA I SEMANA DE PASION

Dan. 3:31; Ps. 118:1

OMNIA, quæ fecisti nobis, O Dómine, in vero iudicio fecisti: quia peccávimus tibi, et mandátis tuis non obedívimus: sed da glóriam nómini tuo, et fac nobíscum misericórdiæ tuæ. *Ps. Beáti immaculáti in via: qui ámbulant in lege Dómine. Omnia.*

PRÆSTA, quæsumus, omnipotens Deus: ut dignitas conditionis humanæ per immoderantiam sauciata, medicinalis parcimoniæ studio reformetur. Per Dominum.

Dan. 3:25,34-45

IN diebus illis: Oravit Azarias Dominum dicens: Domine Deus noster: Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, et ne dissipes testamentum tuum; neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham dilectum tuum, et Isaac, servum tuum, et Israël sanctum tuum: quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas cæli, et sicut arenam, quæ est in littore maris; quia, Domine, imminuti sumus plus quam omnes gentes, sumusque humiles in universa terra hodie propter peccata nostra. Et non est

INTROITO

Todo cuanto con nosotros has hecho, señor, justísimamente lo has hecho; puesto que hemos pecado contra ti, sin querer guardar tus mandamiento; con todo, Señor, por gloria de tu nombre, trátanos según tu misericordia. Salmo. Bienaventurados los que caminan sin mancharse, los que siguen la ley del Señor. Todo cuanto.

COLECTA

Haz, te rogamos, Dios todopoderoso, que la dignidad de la naturaleza humana herida por el desorden, se restablezca con una saludable abstinencia. Por nuestra Señor.

EPISTOLA

En aquellos días: Y Azarías, poniéndose en pie, oró de esta manera, y abriendo su boca en medio del fuego, dijo: Te rogamos, Señor, que por amor de tu Nombre no nos abandones para siempre, ni destruyas tu alianza con Israel: Ni apartes de nosotros tu misericordia, por amor de Abrahán, tu amado, y de Isaac, siervo tuyo, y de Israel, tu santo: a los cuales hablaste, prometiéndoles que multiplicarías su linaje como las estrellas del cielo y como la arena que está en la playa del mar. Porque nosotros, ¡oh Señor!, hemos

in tempore hoc princeps, et dux, et propheta, neque holocaustum, neque sacrificium, neque oblatio, neque incensum, neque locus primitiarum coram te, ut possimus invenire misericordiam tuam, sed in animo contrito, et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum, et taurorum, et sicut in millibus agnorum pinguium, sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi: quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur te in toto corde, et timemus te, et quærimus faciem tuam. Nec confundas nos: sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, et secundum multitudinem misericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, et da gloriam nomini tuo, Domine; et confundantur omnes, qui ostendunt servis tuis mala, confundantur in omni potentia tua, et robur eorum conteratur: et sciant, quia tu es Dominus Deus solus, et gloriosus super orbem terrarum. Domine Deus noster.

Ps. 95:8-9; 28:9

TOLLITE hostias, et introite in atria ejus: adorete Dominum in aula sancta ejus. *Ÿ*. Revelabit Dominus condensa: et in templo ejus omnes dicent gloriam.

Luc. 7:36-50

IN illo tempore: Rogabat Jesus illum quidam de pharisæis ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi discubuit. Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit, quod accubisset in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti: et stans retro secus pedes ejus, lacrimis cœpit rigare pedes ejus, et capillis capitis sui tergebatur, et

venido a ser la más pequeña de todas las naciones, y estamos hoy día abatidos en todo el mundo por causa de nuestros pecados. Y no tenemos en este tiempo ni príncipe, ni caudillo, ni profeta, ni holocausto, ni sacrificio, ni ofrenda, ni incienso, ni lugar donde presentarte las primicias, a fin de poder alcanzar tu misericordia. Pero recíbenos tú, ¡oh Señor!, arrepentidos de corazón y con espíritu humillado. Como recibías el holocausto de los carneros y toros, y los sacrificios de millares de gordos corderos, así sea hoy agradable nuestro sacrificio en presencia tuya; puesto que jamás quedan confundidos aquellos que en ti confían. Y ahora te seguimos con todo el corazón, y te tememos, o respetamos, y buscamos tu rostro. No quieras, pues, confundirnos: haz, sí, con nosotros, según la mansedumbre tuya, y según tu grandísima misericordia. Y líbranos, con tus prodigios, y glorifica, ¡oh Señor!, tu Nombre. Y confundidos sean todos cuantos hacen sufrir tribulaciones a tus siervos, confundidos sean por medio de tu infinito poder, y aniquilada quede su fuerza. Y sepan que sólo tú eres el Señor Dios y el glorioso en toda la tierra.

GRADUAL

Llevar ofrendas y entrad en sus atrios; adorad al Señor en su santa morada. *Ÿ*. El Señor descubrirá su poder; y en su templo todos anunciarán su gloria.

EVANGELIO

En aquél tiempo: Le rogó uno de los fariseos que fuera a comer con él. Y habiendo entrado en casa del fariseo, se puso a la mesa. Cuando he aquí que una mujer de la ciudad, que era, o había sido, de mala conducta, luego que supo que se había puesto a la mesa en casa del fariseo, trajo un vaso de alabastro lleno de bálsamo o perfume; y arrimándose por detrás

osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. Videns autem pharisæus, qui vocaverat eum, ait intra se, dicens: Hic si esset propheta, sciret utique, quæ et qualis est mulier, quæ tangit eum: quia peccatrix est. Et respondens Jesus, dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait: Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta. Non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit: Æstimo quia is cui plus donavit. At ille dixit: Recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni: Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem, lacrimis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti: hæc autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam: Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbabant, dicere intra se: Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem: Fides tua te salvam fecit: vade in pace.

Ps. 136:1

SUPER flumina Babylonis illic sedimus et flevimus, cum recordaremur tui Sion.

a sus pies, comenzó a bañárselos con sus lágrimas, y los limpiaba con los cabellos y los besaba, y derramaba sobre ellos el perfume. Lo que viendo el fariseo que le había convidado, decía para consigo: Si este hombre fuera profeta, bien conocería quién, y qué tal es la mujer que le está tocando, o que es una mujer de mala vida. Jesús respondiendo a su pensamiento, le dijo: Simón, una cosa tengo que decirte. Di, maestro, respondió él. Ciertamente tenía dos deudores, uno le debía quinientos denarios, y el otro cincuenta. No teniendo ellos con qué pagar, perdonó a ambos la deuda. ¿Cuál de ellos a tu parecer le amará más? Respondió Simón: Hago juicio que aquel a quien se perdonó más. Y le dijo Jesús: Has juzgado rectamente. Y volviéndose hacia la mujer, dijo a Simón: ¿Ves a esta mujer? Yo entré en tu casa, y no me has dado agua con que se lavaran mis pies; mas ésta ha bañado mis pies con sus lágrimas, y los ha enjugado con sus cabellos. Tú no me has dado el ósculo de paz; pero ésta desde que llegó no ha cesado de besar mis pies. Tú no has ungido con óleo o perfume mi cabeza; y ésta ha derramado sobre mis pies sus perfumes. Por todo lo cual te digo que le son perdonados muchos pecados, porque ha amado mucho. Que ama menos aquel a quien menos se le perdona. En seguida dijo a la mujer: Perdonados te son tus pecados. Y luego los convidados empezaron a decir interiormente: ¿Quién es éste que también perdona pecados? Mas él dijo a la mujer: Tu fe te ha salvado, vete en paz.

OFERTORIO

En las márgenes de los ríos del país de Babilonia, allí nos sentábamos y nos poníamos a llorar, acordamos de ti, Sion.